

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

- Mar. filij est, vt ab vno principio spūs sanctus credatur procedere. Melius (obsecro) perpendamus, vtrū si sanctus spūs ex patre filioq; credatur procedere, ex ipsorum psonis
 Iohā. necesse sit intelligere, nec ne? Nō opus est in p̄sentia disputare, an sanctus spūs ex patre, aut ex filio, aut ex vtroq; procedat, sed nobis prius diligenter cōsiderandū est, an si, cum aliquid ab aliquo eē dicatur, necesse sit intelligere, idem eius q̄q; substantiā habere.
- Mar. Dediti nobis, P. reuerēde, sanctū spiritum ex p̄sona patris procedere, quandoquidem
 dem ex patre dicitur eē. Porro, quid ex hoc sequatur accurate cōsideremus. Magnus
 Basilius in Eunomiu de sancti spūs p̄fessione loquens inquit: Generat deus, non vt
 homo, Generat autem vere, & natum ex se spiritū emittit p̄ os, non quale est hominū,
 quandoquidem dei os non est corporeū, ex ipso autem spūs & nō aliunde. Siquidem
 igitur spiritum ex ipso, id est, ex patre dicentes eē, ex eius persona intelligamus, necesse
 est. Basilius autem (inquit) ex ipso eē, & non aliunde, sequitur sanctū spiritum ex sola
 patris persona eē. Magnus Basilius in tertio contra Eunomium libro, scriptum reliquit,
 sanctum spiritū ex filio eē, quod quidem est huius oppositum, quod modo protulisti,
 spiritum non esse aliunde. Illud aut, emittit spiritum p̄ os, & reliqua, similitudine
 quadā ab eo dictū fuisse concedimus. Apud em̄ sacram scripturā verbum dei os dicitur,
 & verbo dñi cœli firmati sunt, & spū oris eius. Talis ergo loquēdi modus in scrip-
 ptura sacra videtur, ad quam nos semp̄ debemus asp̄icere, non q̄ illa in deo corporea
 sunt. Verba ergo scripturæ sacræ, nec non ipsius Basili q̄ propositū facere videntur.
 Tum Colossiensis antistes Basili ac Epiphani dictū recitauit. His in posterū res-
 pondebimus, nūc aut ad propositū redeuntes, quæro ex te pater reuerēde, uid nā illud
 Basili significet, generat pater, & paulo infra, ex ipso spūs & nō aliunde, vtrū eius
 persona sit generās, an ipsius substantia? & vtrum ex persona sua, an ex sua substantia
 spiritum sanctum emittat? Rogo te pater reuerēde, vt his quæstionibus respondeas.
- Iohā. Nondū pater reuerēde, ad propositū respondisti. In hoc em̄ erat cōtrouersia nostra
 vtrum dicentes spiritum a filio esse (vt Epiphanius inquit) necesse sit intelligere eūdem
 spiritum a filio habere esse, nec ne? Huic ergo quæstioni prius respondeas, deinde non
 ad vestras libentissime respondebimus. Nāq; seipsum magnus Basilius exposuerat, dicens
 spūs a filio habet, & accipit, de quibus suo loco diffusius dicemus. Quonā igitur
 modo Epiphani dictū intelligi debeat, nobis (rogo) declares, deinde ad alia veniemus.
- Mar. Tametsi, P. reuerēde, sanctū spiritū a filio habere esse, sancti Epiphaniū autoritate
 valde iusti conatus ostendere, patet tñ te nihil probasse. Nō em̄ Epiphanius ipse pro-
 tulit sanctū spiritum a filio habere esse, vtz simpliciter ac sine verbo, est, ab vtroq; hoc
 est, a patre & filio (vt ipse asseris) propterea quæsiui ex te, an cum spm̄ ex patre proce-
 dere dicimus, ex eius p̄sona necesse nobis sit intelligere? Tu vero affirmans ita credi de-
 bere, sanctū Epiphaniū fuisse testatus. Postea mutata oratione ad magnū Basiliū ve-
 nimus, vbi equidem ex te quæsiui, an illud, ex ipso, ex p̄sona patris deberet intelligi, vt
 ex similibus similia fierent clariora. Idcirco, vt quæstionem hmōi cōcludamus, quæ su-
 pradiximus repetentes, itez quærimus, an dicentes spiritum ex patre procedere, patris
 personā intelligant. Huic ergo quæstioni prius respondeas, deinde vero, si aliam cōtra-
 riam autoritatem em̄ in medium asserere poteris, alias de ea cōsiderabimus.
- Iohā. Ita credimus, quæ admodū supra diximus, illud, ex ipso, personā patris significare.
 Mar. Magnus aut Basilius dixit sanctū spiritum ex ipso, hoc est ex patre, vel (vt dicitis) ex
 persona patris, deinde addidit, non autem aliunde, id est, non ex alia p̄sona, nisi ex per-
 sona patris procedere, ergo sequitur sanctum spiritum ex solo patre esse.
- Iohan. Magnus Basilius reuer. P. in Eunomiu profitentē, sanctū spiritū creaturā esse, ideo
 dixit ex ipso, & nō aliunde, vt declararet ipm̄ spm̄ ex patris eē substantiā & naturā, nō au-
 tem aliunde, hoc est, nō alterius eē substantiā vel naturā. Nunc ergo ad Epiphaniū
 redeamus, restantē sanctū spm̄ a filio eē, & quæro ex te, an accipere a patre, & ex pa-
 tre esse idē significēt? Fieri aut nō pōt, vt nō idē significēt. Porro spm̄ ex patre filioq;
 accipere eē, duabus autoritatibus pauloante probauimus, quæ prima Epiphaniū fue-
 rat, proferentis sanctū spiritum ingentum, nō factū, nō fratrem, nō auum, a patris filioq;
 substantiā. A patre aut esse, & patris essentiā accipere, idē sunt, vt paulo supra probauimus:
 altera vero magni Basili asserentis clarissime, sanctū spm̄ accipere esse a filio.
- Mar. Sumis, vt a nobis cōcessum, P. reuer. sanctū spiritū accipere esse a filio, qd̄ quidem
 nec